



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Notarius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

## Montes pietatis.

- 1 **A**pprobantur cum solutione ultra sortem pro ministris, & rerum custodia. Leo X. Anno 1515.
- 2 Moderata fit tamen solutio. *ibid.*
- 3 Prædicantes contra Montes ritè institutos, seu disputantes, ipso facto sunt excommunicati. *ibid.*
- 4 Episcopi ex officio suo iuxta sacros Canones cognoscant Eleemosynas Montis pietatis, seu caritatis, & exequantur, non obstantibus quibuscunque. Trid. *sess. 22. cap. 8.*
- 5 Etiam si cura ad laicos pertineat, & exceptionis privilegio sint muniti. *ibid.*
- 6 In statu Ecclesiastico excommunicantur omnes inferiores Episcopis, qui quovis prætextu vel colore, præsumunt pecunias ad Montes pios attinentes in alios, quam in vñs pauperum, disponere, cum obligatione restituendi. Paul. V. *apud Nald. Furtum. ann. 12.*

Munerum largitio vetita  
Regularibus.

- 1 **N**ihil donare possunt Regulares utriusque sexus. Clem. VIII. Anno 1594.
- 2 Præter leuiora, esculenta, aut poculenta, seu ad deuotionem spectantia, nomine communi. *ibid.*
- 3 Neque per se, neque per alios. *ibid.*
- 4 Neque Ordinariis ex causa benedictionis, habitus tradendi, aut professionis Monialium. *ibid.*
- 5 Neque ipsis Religiosis inter se, nisi minima, & cum licentia superiorum in scriptis. *ibid.*
- 6 Prohibetur etiam erogatio pecuniæ in honorem alicuius, seu grati animi testificationem quouis modo significandam. *ibid.*
- 7 Quicumque recipit, tenetur ad restitutionem monasterio. *ibid.*
- 8 Pœnæ imponuntur dantibus, prina-tionis officiorum, inhabilitatis, vocis actiua, & passiuæ, ipso facto, furti, & simoniæ. *ibid.*
- 9 Quotannis legantur hæc coram Regularibus, & pro Monialibus in communem conuertantur linguam. *ibid.*

## Notarius.

- 1 **P**ossunt examinari ab Episcopo, Notarii quicumque ii sint, & inepti prohiberi ad tempus, & in perpetuum. Trid. *sess. 22. cap. 10.*
- 2 Collegium Notariorum Curia Episcopalis, si multi sunt, restituatur, quod certum numerum pro Diocesis conditione contineat. Prou. 1.
- 3 Statuta conficiantur, ab Episcopo approbanda. *ibid.*
- 4 Idonei tantum per examen Episcopi recipiantur. *ibid.*
- 5 Reiciantur ii, qui de iure non possunt esse testes, vt indigni. *ibid.*
- 6 Neque admittantur ii, qui 25. annum non atigerint, & per quadriennium in Notariatus officio integrè, peritèq; non sunt versati. *ibid.*
- 7 Iurent se nihil dedisse, vel promisisse pro obtinendo hoc officio, antequam admittantur. *ibid.*
- 8 Itemque quod fideliter munus hoc exercebunt, nihil recipient à litigatoribus, vel alijs eorum nomine, præter taxam Episcopi non curabunt: vt sibi causa committantur, neque promotores erunt, vel procuratores in causis, coram Episcopo, aut Vicario, eorumque ministro. *ibid.*
- 9 Item quod omnes actus iudiciales conscribent, conscriptos, & instrumenta, & omnia alia in causis producta in registrum referent, debitamq; copiam dabunt, sine fraude, contenti taxata mercede. *ibid.*
- 10 Itèq; quod secreta officii, & causarum nemini patefaciant, præsertim dicta testium, & consilia Assessorum donec sententiæ lata fuerint, & subscriptæ. *ibid.*
- 11 Denique iurent, quod mandatis Episcopi parebunt, iurata officii, & iurata Officialium Collegii, seruabunt, & prædicta omnia sine dolo inuolantè præstabunt. *ibid.*
- 12 Originales processus nemini deferant, nisi alicuius inopia aliud Episcopo suadeat. *ibid.*
- 13 Et tunc non nisi in proprio pluteo, Archiuuæ loco, neq; alio asportari liceat etiam de consensu partium, præterquam iudici cause ostendenda. Pro. 5.

14 Ni-

- 14 Nihil edatur sine licentia Vicarii sub pena amissionis officii. *ibid.*
- 15 Denuncient legata pia post tres saltē menses à morte testatorum sub pena excommunicationis ipso facto. Prou. 2.
- 16 Notarii quorumcumque locorum tenentur in virtute sanctæ obedientiæ & sub pena priuationis officiorum, ac solutione dupli, reuelare omnes dispositiones in fauorem Sac. Aedis Lauretanae factas, vel faciendas intra octo menses à die mortis disponenti, extra Italiã intra verò, infra tres menses. Pius V. *apud Naldum V. Eleemosyna. n. 12.*
- 17 Si autem dispositio esset inter viuos, intra idem spatium à die solutionis faciendæ computandum. Idem *ibid.*
- 18 Quàm breuissimè possunt, scribant reiectis superuacaneis, maxime in repetitionibus dignitatis iudicium, vel litigatorum. Prou. 1.
- 19 In criminalibus potest Episcopus vii Notario criminali ciuitatis, qui, si aduenia sit, non excedat tamen taxã sub quouis pretextu. Congr. Ep. 14. Apr. 1615.
- 20 Vbi non sunt Notarii in Diocesi, adhibeantur duo vitæ integritate homines, qui acta conscribant, iisque mercedis taxa maior ne sit, quàm Notariis prescripta. Prou. 3.
- 21 Cancellariæ ne vendantur, locenturue: nec earum nomine quidquam solvatur quotannis quouis pretextu. Prou. 1.
- 22 Tabella edatur eorum, quæ sunt expediendæ gratis. Prou. 5.
- 23 Pro litteris dimissoriis, seu testimonialibus ordinum seruetur decretum Concil. Trid. *ibid. V. Litr. dimissorias & testimoniales. num. 14. 15.*
- 24 Munera quæcumque ne recipiant Notarii, prout in iuramento supra posito. Prou. 4.
- 25 Idem extenditur ad scriptores Cancellariæ Episcopalis. Prou. 5.
- 26 Mercedem, quàm acceperint, scribant in sine causæ, seu processus, notatis diebus, quibus diuissim acceperint. Prou. 4.
- 27 De emolumentis Cancellariæ Episcopalis nihil prorsus utilitatis priuatae ad Episcopum, eiusue mensam, aut Vicarium aliosue nisi ad Cancellariam, Cancellarium, & ministros perueniat, sub

- pena quadrupli in Ecclesiæ restoratione, vel sacrificiæ usum erogandi. Prou. 5.
- 28 Certus in ea habeatur liber proflisio- num Ecclesiarum, Parochialium præsertim, aliorumq; beneficiorum, quæ examine adhibito conferuntur, in quo scribantur acta examinis, dies vacationis, & modus dies edicti, & protogationis eiusdem; nomina examinatum, & examinandum; dies examinis, reiectorum, approbatorum, nomen electi ab Episcopo, & his similia. *ibid.*
- 29 In alio libro scribatur confessariis, cõcionatores approbati, seu reiecti cum nominibus examinatorum. Itē ordinati, & alii, qui examini subiiciuntur. *ibid.*
- 30 Alia notabilia, & criminalia quocumque in tabellas referantur. *ibid.*
- 31 Notarios Episcopales tenentur omnino sibi sumere Iudices, & alii in litteris remissorialibus, & compulsorialibus Ecclesiasticis deputati in iis exequendis. Prou. 7.
- 32 Notarius Episcopi gaudet privilegio fori. Gratian. *disc. cap. 340. tom. Et si delinquit, etiam sit laicus, punitur ab Episcopo. Ricc. in prax. ref. 471. num. 3. V. Forum Episcopale. n. 31. 59. 68.*
- 33 *Visitatio Episcopi. n. 58.*

## A D D I T I O.

## Nuncius Apostolicus.

- 1 Non debet exercere Diuina in Ecclesia Archiepiscopi sine eiusdem licentia. Congr. Rit. 9. Martij 1593.
- 2 Neque potest ordinare clericos illius Prouinciæ ordinibus sacris sine facultate sedis Apostolicæ, sub pœnis *Conc. Trident. Congreg. Concil. 16. April. 1633. Vide. Archiepiscopus.*

## Oblationes.

- 1 Oblationum institutum in Cathedrali, seu Parochiali Ecclesia ad Missæ sacrificium obliuetur, & ubi non est, restitatur. Prou. 4.
- 2 Aliis in Ecclesiis interdicitur oblatio. *ibid.*
- 3 Ad consuetudinem retinendam, oblatio-